

Dum auspicio divino et
suffragio quorum interest
vir admodum reverendus &
e...

1 Ic 1693 Lund, David



National Library
of Sweden

Dum
AUSPICIO DIVINO

Et
 Suffragio quorum interest

VIR

Admodum Reverendus & Excellentissimus,

Mag. DAVID

S R D /

**L. L. Orient: Professor Celeberrimus,
 INSIGNIA RECTORATUS**

Solemni pompâ & ritu in summo Templi Cathedral:

Abi Choro 22. Junij, 1693, susciperet.

Festivo Carmine accinebant.




Lundæ

RECTOR MAGNIFICUS DAVIDUS LUNDI
PROFESSOR ORDINARIUS,

Per Anagramma

Mur. G. in O.


Sol mundi ave, fidus porro Sator dirigas Fennos
curru. id.

 Um Sol ignivomo cali petit ardua curru
Et facit ut rapido variantia lumina cursu
Atria perlustrent mundi, quis gaudia tanta
Pro meritis valeat, dignis exponere verbis?

Sic Sator ac almi dum suscipit hiece Lycei,
LUNDI merito! totam celebratur sceptrâ per arcton
Ast ut ave id si jam felici sydere fidus
Dicit sic Fennos fausto moderamine porro,
Dirigas,

E. TIGERSTEDT,
Junior.

DICOLOS TETRASTROPHOS.

 Æc DEus vasti moderator orbis,
Qvi feros dextrâ jaculatur igneis,
Fertur ad carum properans Nepotem
Verba dedisse:

Perge, qui totum mea fers per orbem,
Iussa, Cyllenes subito relinque
Vertices summos, juga montis atque,
Fide minister,

Floret ad vivas sinuantis undas,
Fluminis ripas celebratus Aura;
Qui colit nostram merito Minervam,
Ordo virorum.

Annuas cuivis dedimusque habenas,
Ut regant vultu placido juventam,
Quæ colit Pindum patalogue potat
Guttore lymphas.

Ille

Ille cui nuper dedimus domandam,
Palladis doctam juvenum Catervam,
Ecce RECTORIS subito relinquet
Munus onusque,

QUID sed in toto celebratus orbe,
Cui Professoris titulos Apollo
Tradidit, cœtus superumque nostras
flectet habenas.

Sic placet Nobis, placuit Minervæ,
Matre quæ nulla fuerat creata,
Ipsa sed nostro cerebro sed absque
Semine nata.

Phœbus innuptæ socius Dianæ
Qui tegit fulvis humeros capillis,
Cinget æternâ properans alumni,
Daphnide crines.

Iussa sed dicto citius peregit
Filius Majæ, pedibusque pennas
Collocat, claram rapido volatu
Spectat Aboam.

LUNDIUS jussu Jovis & Deorum
Sceptra RECTORIS nova mox tenebit:
Dixit æterno Genitore satus,
Natus Atlantis.

Opto Promotor poteris perennem,
Muneris laudem gravitate ferre,
Usque præclaram vigeat per Arcton
Splendida fama!

Nomen immensum vireat per Orbem,
Usque dum flagrat periturus axis,
Vel suos currus rapidos perosus,
Linqvit Apollo.

SAMUEL E. JOHNSON.



Alia vocē refert stygias detrusus ad undas,
Ferreā continuat, juvenis, dum tempora luctus
Plurima mens hominis, quae non sūt congrua sorti
Discipit, & juvenē vetita ad rapit orbe voluptas.
Heu! quam difficile est, morem gessisse iubenti:
Inter utrumque tene! medio tutissimus ibis.
Ast ubi destituit primas spes fors, bene cernit,
Illius ut fuerat mens turgida, quamque profana,
Dum jacet, & placitis, sed frustra irascitur ipse;
Viderat ut Phaëthon, dum currus ille paternos
Appetit, ignivomâ casus fueratque sagittâ
A Jove, quem trifidam credunt emittere flammam.
Dixit, & in medio juvenis stetit æquore, plangens,
Criminis & vitii, queis in suus hæserat ardor.
Ast meruit Phaëton tantam, non crimine, pœnam,
Commisso: licitum dicas tentasse, probantque
Najades id, tali signantes carmine saxum:
Hic situs est Phaëton currus auriga paterni,
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.
Quid meruisse putes quos non subit ulla decori
Mentio, nec domuit legum vigor usque perennis,
Nec tenuit sacri reverentia Numinis unquam?
Affuit interitus: spem jam mihi nescio, clamat.
Et dicturus erat: voluissem nascier unquam,
Quam mea tam miserè juvenilia tempora perdi
Cernere, sed subito planctus tunc occupat illud.
Mox tacuit, vultus hominum ad suspiria ducens.
Plaudite sed juvenes Auraco in sponte Cytharo!
QUOD est qui famâ toti notissimus orbi,
Officio clarus, pietatis laude colendus,
QUOD decus Aonidum, magnum columenque Lycæi,
Fulgida Magnifici RECTORIS scepra tenebit,
Et vindex scelerum, ne vos mala pestis ad orbem
Detrahât, euge! bonis placidusque erit ille Patronus,
ERNEST GESTRINIUS.